

Vi  
52



AN. 23

**A**

JO  
JO

**T**

**Ep**



AN. 233. De Epitaphiis Eruditor. quorundam  
Saxonum.

XCIII.

V.  
52

# MONUMENTUM

Mättigianum

Duo gratæ mentis Alumni

JOH. CHRISTOPH. GRIESER, Pirnens. Misn.

JOH. HEINRIC. Schümberg / Daubitz. Lusat.

Latinis Orationibus,

die 3. April memoriter habendis

sunt exstructuri

Ad quas bonâ cum gratiâ audiendas,

Tit. Dn. Patroni, Fautores, Amicique

Et quotquot

Fragrans Mättigiani Nominis odor delectat,

humanissimâ invitatione

compellantur

per

M. JOHANNEM Rosenberg /

Schol. Budifs. Evang. Rect.

Epicharmi, scholastici Doctoris Epitaphiū

ex Theocriti Epigram.

Πολλὰ γὰρ πολλὰ ν ζωῶν: πασὶν εἶπε χρησιμα.  
Μεγάλα χεῖρας αὐτοῦ,

Multa ad vitam pueros docuit utilia:

Magna sit illi Gratia.

BUDISSÆ, Typis Richterianis 1699.





1.

*Epitaphium Mättigianum* in præteriti anni *Parentalib<sup>9</sup>* duo *Alumni Mättigiani* explicarunt. Hinc ansa mihi est subministrata lapides antiquos perlustrandi, & potiora *Epitaphia Programmati* 90. inserendi. Re-deunte jam anniversariâ B. *Mättigii* memoriâ, alii duo *Alumni* Benefactori suo *Monumentum* grato animo sunt excitaturi. Non igitur ab argumento Perorantium alienum erit, si antiquis quædam recentiora *Epitaphia*, & quidem lectu haud indigna, subjunxero. Et quid jucundius, quàm in unâ eâdemq; chartâ spectare & legere monumenta, in diversis regnis regionibusq; Pietate relictorum cognatorum & Amicorum erecta? Imo quid utilius, quàm versari inter mortuos, & ab iis discere, quomodo sapienter & feliciter vitæ scena adornanda & peragenda, atq; illud vulgatum, sed nunquam satis inculcatum. *Memento mori* Memoriae, quasi trabali clavo, sit affigendum, ut ad extremum mortis iter homo semper paratus inveniat? De *Zenone* Philosopho, qui *Stoicæ* Philosophiæ Conditor extitit, *Diogenes Laertius* tradit, quod illi quærenti, *quo pacto optimè posset vivere?* oraculum responderit: *ὡς οὐρανὸς ἰσοῖο τοῖς βασιλεῦσι.* Si mortuis concolor fieret, i. e. si ad mortuorum præcepta vitam conformarent. *Epitaphia* sunt quasi suprema verba, quæ Lectorem nunquam sine salubri quodam monitu dimittunt. Erunt autem vel *Theologorum* vel *Jure Consultorum*, vel *Medicorum* vel *Philosophorum*, & deniq; *miscellanea Epitaphia*. Ex inensâ illorum sylvâ pauca sed eximia quædam petita in conspectum dabo. *Lutherum*, ὁ πρῶτος Ecclesiæ cælitus demissum merito primicerium facio. Hujus monumentum satis amplum in templo Arcis *Wittenbergensis* legitur. Ex prolixo Carmine tria tantum priora disticha adscribo:

*De vitis  
Philosophor. lib.  
VII.*

*Hi*

*Hic prope Martini rursus victura Lutheri*

*In parvo tumulo molliter ossa cubant,*

*Quæ prius horrendis errorum pressa tenebris,*

*Atq; operum obscurâ nûbe sepulta fuit.*

*Hoc monstrante iterum patefacta est gratia Christi,*

*Quæq; DEO acceptos nos facit esse fides.*

*Ad caput tabulæ visuntur Insignia ejus, nempe Rosa in-*  
*ter spinas cordis & crucis cum hac interpretatione;*

*Perfeci in spinis florens, quo credula corda*

*A Cruce, penderent, optime Christe, tuâ.*

*Der Christen Herz auf Rosen geht /*

*Wem's mitten unterm Creuze steht.*

*Quod Joachimus Camerarius, Phiippo Melanchtoni,*  
*Amico suo ad cineres usq; conjunctissimo scripsit Epita-* *Ibid. 92.*  
*phium, ita incipit:*

*Vitam fortunassq; suas studiumq; laboris.*

*Quiq; operæ sanctam, consiliq; fidem*

*Impendit divina tuis Ecclesia rebus,*

*Teq; pius variâ juvit & auxit ope.*

*Hac in parte sibi post mortem structa Melanchton.*

*Communi in luctu busta Philippus habet.*

*Ita deniq; non sine pædei finit.*

*Salve iterum atq; iterum, tua nos immota manebit.*

*Semper apud memores gloria, Nomen, honos.*

*Ibidem in Cœnobio Franciscano, Pauli Eberi Theologi*  
*nominatissimi habetur Epitaphium.*

*Symbolum Reverendi On. viri D. Pauli Eberi. Ps 119.*

*Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē semitis, meis* *Ibid. p. 72.*

*σωματίον παύλου σου πρὸς ἐνστάθε κείνου ἑβέρου,*

*ὃ πο' & ἦν ποιεῖν ζῆσά λέγειν τῆ βροτοῖς.*

*Patre jacet Pauli hîc contractum corpus Eberi*

*Qui studuit facere, & dicere recta aliis.*

*Hisce*

In script.  
Lips.N.  
532.

Hisce ex præsentis seculo magni Nominis magnorumq; meritorum Theologum *Hülsemannum* adjungo, Doctorem in universitatibus *Wittebergensi ac Lipsiensi &c.* Theologorum sui seculi Principis Pietate, Zelo, Eruditione, Judicii acumine, eloquentiâ Auctoritate incomparabilis *JOH. HÜLSEMANNI*, quod mortale fuit, hic immortalitatem expectat. Quam ut anima inter brachia Salvatoris jam in venit. Sic Famam â primis ferè annis raro exemplo inchoatam per omne vitæ reliquum tempus ob cœlestem veritatem Heroico Spiritu propugnatam. Hæreses profligatas, irreligiosas de religione transactiones dissipatas & alia in Ecclesiam Catholicam illustra merita in usitatis auctibus per orbem Europalem circum tulit, Beneficiorum gratâ memoriâ, celebritate Academiis nostris circum fusâ, scriptisq; pro deposito fidei accuratissimis, sine labe propagatam ad ultimos posterorum, placidè exspiravit 1661. paulò minor sexagenario.

In Jure Consultis superiori Seculo eminuit *Johann. Schneidewein*, cujus Epitaphium *Wittebergæ* extat, his verbis. Clarissimi & ornatissimi viri, Pietate, Doctrinâ, Sapientiâ, Virtute & Auctoritate præstantissimi *D. Johannis Schneidewini. J. V. Doctoris & Professoris in Academiâ Wittebergensi*, illustrissimi Principis ac Domini, Domini *Augusti Ducis Saxonicae Electoris &c.* Consiliarii pia & celebranda memoria, qui in Christo obiit anno â Christo incarnato *M. D. LXVIII. IV. Decembr.* Anno ætatis *XLIX.* Ex adjecto Carmine excerpta sunt sequentia.

*Sic tria lustra docens, & binos insuper annos  
Semina Romani juris aperta dedit,  
Consiliis auras rexit comitumq; ducumq;  
Justitiæ vindex, arbiter autor erat.*

*Huc*

*Huc ad se terris ereptum mole laborum*

*Ipsè DEUS vitæ de statione vocat.*

*Nunc propè Lutherum placidâ cum pace quiescit.*

*Adventum expectans, optime Christe, tuum.*

*Nunc etiam vivens cœli perfectius aulâ,*

*Percipit in Domino jura sacrata DEO*

*Eunomia huic, Charites, Themis & cum Pallade, Musæ,*

*Religio atq; fides hæc pia justa ferunt.*

Ejusdem Famae fuit *Wesenbecius*, qui *Antuerpiâ*, celeberrimo *Europæ* emporio, ubi erat natus, Religionis causâ relictâ, *Wittebergæ* jus summâ cum laude professus tale nactus est Epitaphium:

*Matthæi Wesenbecii J. U. D.*

In laminâ eneâ Insigne ipsius, cubiti ferè magnitudine adscriptis ad dextrum illius latus his verbis:

*ORA & LABORA. Ad sinistrum verò:*

*IN LABORE PRÆMIUM. Sub insigni autem:*

*Hæc, Matthæe, teneste Wesenbece, sub urnâ,*

*Sed laus doctrinæ nescit in orbe mori*

Obiit V. Junii Anno Domini M. D. LXXXVI. ætatis verò

LV. *Laurentius Beyerling, Historicus* parum candidus

hoc adducit Epitaphium:

*Matthæus placidâ sopitus pace quiesco,*

*Iustitiæ, juris Præco Wesenbecius*

*Vita mihi studium fuit, impensiq; labores,*

*Et dolor & gemitus, assiduæquæ preces.*

*Ihova pater miserere mei, miserere meorum.*

*Nam prima in Christi sanguine nostra salus.*

Præterea Elogium sed nigro felle commixtum addit: *Juris Antistes summus, Justitiæ Assertor maximus, quamvis nec hanc, nec illud se satis excoluisse testatus sit, cum à fide susceptâ deficiendo, DEO quod suum erat, elargitus non fuit. Eadem mente*

Opere  
Chrono-  
graph p.  
144.

ibid. p.  
254.

mente & fide subjungit: Eodem tempore sc. Anno 1586  
*Martinus Kemnitius*, θεοσωγης, *Brunsvicensis*, diem suum  
 magno Ecclesiæ bono clausit. O *Miselle* (liceat mihi tua  
 verba alibi adducta me a facere) *quo lingua & calamo abis?*  
*Num ille à fide deficit, qui ad Misericordiam Jehovæ confugit,*  
*in Christi sanguine salutem quærit, & assiduis precibus vacat.*  
 O *judicium non Christianum, multò minus Theologicum!*  
 Porro *Martinus Chemnitius*, Theologus clarissimus, nescio  
 quo meritò θεοσωγης i. e. *Deo invisus atquè otiosus* vocatur:  
 Tunc, insulle Censor, divinas tabulas inspexisti, ut per-  
 spectum haberes, quoniam DEO sint invisi nec ne? *Tri-*  
*ginta Annos 30.* dictus *Chemnitius* Ecclesiæ *Brunswi-*  
*censi* summâ cum laude præfuit, & imprimis *Examen Con-*  
*cilii Tridentini*, quod *Tibi* *Tuiquè* similibus iudes est in-  
 oculis, & te procul dubio urit, scriptit. Nondum in-  
 ventus est, qui hoc *Examen* examinare, aut refutare au-  
 sus fuerit. *Chemnitio* ante aliquot annos in hac ope-  
 râ successit *Johann Henricus Heideggerus*, qui *tumulum*  
*concilii Tridentini* exstruxit. In illo destruendo laborent  
 Adversarii, viresq; suas exerant, si placet. Cæterum  
 honorificentio rem *Chemnitii* mentionem facit *Thuanus*;  
 quamvis à nostrâ Religione alienus. Imò *Cardinalis*  
 quidam ad *Legatum* *Erici, Ducis Brunsvicensis* dixit: *Hoc*  
*se ingenuè confiteri, Virum admirari, ei Eruditionis palmam*  
*præ omnibus Theologis Germanicis tribuere, nihilquè magis o-*  
*ptare, quàm ut illum videre aliquando, & cum ipso de toto*  
*Religionis negotio conferre possit.* Non igitur beatus *Chem-*  
*nitius* θεοσωγης, sed θεοφιλης i. e. *DEO charus* dicendus. Sed  
 hæc *ως εν παρόδω*. In *Medicis* memoriâ dignus est. *Theophra-*  
*stus*, quippe qui *Germanus Germanos* primùm *Chymiam*  
 docuit. Epitaphium ejus, quod *Salisburgi* in Nosocomio  
 apud *Sebastianum* ad templi murum erectum spectatur, la-  
 pidi in sculptum, tale fuit: *Conditur hoc Philippus Theo-*  
*phrastus*



phrastus insignis medicinae Doctor, qui dira illa vulnera Lep-  
 pram, Podagram, Hydropisim, aliaq; in sanabilia corporis  
 contagia mirificâ arte sustulit, ac bona sua in Pauperes distri-  
 buenda collocandaq; honoravit. Anno MDXXXI. Die  
 XXIII. Septembr. vitam cum morte mutavit. Imago ejus  
 ita depicta cernitur, ut in manu teneat gladii capulum cuius  
 globo Inscriptum legitur vocabulum AZOTH, quod videretur  
 ex literis Lingvæ Hebraicæ, Græcæ, Latinæ & Germanicæ  
 compositum. Ejus significationem indagandam Chymicis  
 relinquo. Denique Symbolum Paracelsi fuit:

*Alterius non sit qui suus esse potest.*

Cratoni Archiatro trium Imperatorum Ferdinandi I. Maxi-  
 miliani II. & Rudolphi II. id Epitaphii positum est:

*Cesaribus vixi tribus intimus arte medendi,*

*Me Pater adscivit, Filius atq; Nepos*

*Quem mihi jactato das portum. Christe quietis*

*Hunc teneo, jungas dum mea membra Tibi.*

Ex viris Eruditione claris inspiciendum est Desiderii Eras-  
 mi monumentum, quod sequentia continet: Des. Erasmo  
 Roterodamo, non tantum Hollandiæ suæ verum totius Europæ  
 Decori, innumeralibus omnigenisq; publicè editis Libris cla-  
 riss. Quod ad annos quidem ejus attinet, fortasse non immatu-  
 re, sed quod ad Studiosos omnes, nimis quàm subito-  
 summoq; cum omnium dolore e vivis raptò, Cornelius Musi-  
 us Delphus communis patriæ ergo pos.

Marco Antonio Mureto monumentum Romæ visitur addi-  
 tâ sequenti inscriptione:

*Hic Marci caros cineres Roma inclita servat.*

*Quos Patria optasset Gallia habere suum.*

*Stat colle hortorum tumulus, stat proximus astris,*

*Quæ propius puro contigit ille animo,*

*In sacros latices lacrumans asperge Viator,*

*Et dic: Heu lingvæ hic fulmina fracta jacent!*

Mureto

Mureto addam non solum Eruditione sed etiam Typographico-Studio clarum Christophorum Plantinum cum Epitaphio tali: Christoph. Plantino Turonensi, Civi & incolae Antuerpiano, Architypographo regio, Pietate, Prudentia, acrimonia ingenii, magno constantia, ac labore maximo; cujus industria atque opera infinita opera, vesera nova magno & huius & futuri seculi bono in lucem prodierunt &c. Tu qui transis, & haec legis, bonis Manibus bene precare. Ante Plantinum simili laude claruit Aldus Manutius, qui primus Graeca castigatissime in lucem edidit. Illius officinae praefixa erat haec admonitio: Quisquis es, rogat te, Aldus etiam atque etiam, ut si quid est quod a se velis per paucis agas, deinde actutum abeas, nisi tanquam Hercules defesso Atlantide, veneris suppositurus humeros. Semper enim erit, quod & tu agas, & quotquot huc attulerint perdes. Nec praetereundus est Justus Lipsius, quem Modestia omni Scientiarum, genere excultum supra aequales extulit. Vivens ipse Epitaphium scripsit:

Quis hic sepultus quæris? ipse edisseram.  
Nuper locutus & stilo & lingua fui,  
Nunc alter oticebit. Ego sum Lipsius,  
Cui littera dant nomen & tuus favor.  
Sed nomen, ipse abiit, abibit hoc quoque:  
Et nihil hic Orbis, quod perennet possidet.  
Vis altiore voce me tecum loqui?

Humana cuncta fumus, umbra; vanitas,  
Et scenæ imago, & verbo ut absoluam; Nihil  
Extremum hoc te alloquor:  
Aeternum ut gaudeam, Tu apprecare.

Vid. Inscript. Lips. N. 289. Lipsio par, si non superior fuit Caspar Barthius, eques Germanus; Fuit enim copulationis inexhausta, memoria promptitudine stupenda, Judicii gravitate summa, & ingenii praestantia incomparabili, Philologus excellentissimus. Omnis eruditionis antiquae Penu. Ejus ossa Lipsia habet, adjecto hoc Epitaphio.

Mortale quod habuit, deposuit reddendum immortale orbis lumen, Seculi decus, Eruditionis Compendium, CASPAR BARTHIUS, in quo Natura ac Fama, quid proferre possent, ostenderunt. Quem equites Docti, Doctum equites inimicabilem omnes stupuerunt quem denique incertum est, utrum Eruditio magis an contemptus Vanitatum commendent. Obiit Lipsia 18. Septembr. A. O. R. 1658. Peregrinationis vero suae 71.

Sed a mortuis ad vivos, a cæmeterio ad Auditorium nos convertimus & quidem ad duos Discipulos Memoria Mättigianae operam novaturos. Ex his prior divine cognitionis atque Eruditionis Imaginatione monumentum Mättigianum adornabit: posterior vero Benedictiois & Dilectionis statuis id condecorabit. Uterque Patre destitutus est. Uterque quidem Johanne Griesero cive Pirnensi, bonae Memoriae Viro; hic vero Dn. Heinrich Schümberg, Pastore quondam in Daubitz meritissimo. Uterque Mättigianam mensam, edocuit haut indignè fruitur. Si quidem Praeceptores in iis inveniunt, quas in omnibus expectant Virtutes; Probitatem, Obedientiam, discendiq; desiderium, imò & Ingenia Dilectione haut coacte respondentia. Itaque Benevolentiae & Beneficentiae Patronorum huiusmodi merito commendantur, Quam in Orationibus Benedictioem depraedicant, eam illis ipsis quoque ad Studiorum, Virtutumque incrementum applicent.

m Chri  
S incol  
magu  
ca nova  
S kac b  
Mani  
era ba  
se veli  
vener  
erini p  
n, gene

him cop  
sa, S l  
s antiqu

ecus, Er  
uid pro  
nes stup  
tum con

71.

quidem  
divine  
terior v  
us est. D

Heinr  
ensa, e  
nibus e  
enia D  
rum hi  
nt, cam  
cor.

ULB Halle

3

004 965 299





De vitis  
Philoso-  
phor. lib.  
VII.



deunte jan  
Alumni Be  
excitaturi.  
num erit, f  
dem lectu  
quàm in un  
ta, indiver  
gnatorum  
versari inte  
ter & felici  
vulgatum,  
Memoriæ  
mum mor  
Zenone Ph  
titit, Dioge  
optimè posse  
Σλο τοις νερε  
rum præc  
quasi supre  
bri quodar  
vel Jure Co  
deniq; mis  
ca sed exir  
rum, o' p'ya  
rium facio  
plo Arcis  
tria tantur



præteriti anni  
ttigiani expli-  
bministrata,  
i, & potiora,  
inferendi. Re-  
oriâ, alii duo  
animo sunt  
brantium alie-  
aphia, & qui-  
vid jucundius,  
re monumen-  
relictorum co-  
utilius, quàm  
omodo sapien-  
enda, atq; illud  
Memento mori  
n, ut ad extre-  
eniatur? De  
Conditor ex-  
enti, quo pacto  
t: *ἡ συγχρωσι-*  
si ad mortuo-  
bitaphia sunt,  
quam sine salu-  
vel Theologorū  
ilosophorum, &  
rum iylvâ pau-  
n dabo. Luthe-  
eritò primice-  
oplum in tem-  
ixio Carmine,

Hi